

que pertingit ultra latus quadrati b c. debet aptari a parte interiori: medietatē abscindēdo vsq; ad lineā a e. ita vt videri possit quo in loco lineā a e. p medietatē ipsius regulæ ducta cōtingat diuisiones laterum prædictas. Sic inter a. & b. integra est: post vero media. Præterea super hac regula a e aptari debent due pinnule eiusdē altitudinis & quātitatis in parte integra: vna prope a. altera ppe b. dum ipsa sup a b. iacuerit: quarū foramina directæ poni debēt sup lineā a e. ppendiculariter vt radii solares aut visus dum vsus fuerit penetrare possint. Tandē lateri a b. a parte interiori applicabis filū cum perpēdiculo: ita q; duo foramina æquedistantia a lineā a b. sint per quæ filum pēdet: cui versus b. filum plumbum adhereat: cuius ministerio scire possis dum instrumentū super latus b c. situatur: an recte & orthogonaliter lineā a b. eleuetur: quod in altitudinibus solis & stellarum accipiendum necessarium est. Sic habes instrumenti compositionem.

